

1703

66

VER CHEMICVM,

IN NVPTIIS,

VIRI

ARTIS PHARMACEUTICAE PERITI  
ET HUMANISSIMI,

DN. FRANCISCI

Ruffigi

CIVIS ET PHARMACOPOLAE THORVN.

CVM

BEATI

D O M I N I

CHRISTIANI HOFFMANNI,

CONSVLIS OLIM NOBILISSIMI ET AM-  
PLISSL. IN CIVITATE THOR.

FILIA,

OPTIMARUM VIRTUTUM ELEGANTIA EXORNATA,

CATHARINA,

d. xxv. APRIL. ccccxxiii.

CELEBRATIS,

BONI OMNIS CAVSA LVSV HERMETICO

PROPOSVIT

P. I. G. R.



THORVNII,

Impressio Joannes Nicolai, NOB. SENAT. & GYMNASII Typographush

**A**deste Chemici & Botanici;

adolescit VER

opibus vernalibus abundans.

Terrae satis turgidae timent,

herbidae & florulentae,

timent artis periti satis,

ne pereat tempus opportunitum,

aut aliis herbam porrigan-

in colligendis floribus & herbis,

aut rore solis

ad ratum Solem eliciendum.

Fervent balnea maris

ut (a) liquorem Mercurii s. Salis

vel laudanum aliquod exhibeant Chemici;

utinam tale

quale laudatur Theophrasti,

tunc Salem habere diceres.

Sed

aspicias Coelum Chemicum,

ubi modo caligo modo lux apparet;

Solem, Lunam, Saturnum, Venerem,

Mercurium & reliqua contemplaris,

Annum, mensem Septimanam & diem.

Hercules enim philosophicus est Sol philosophorum,

duodecim labores conficiendi

signa tot sunt,

quot in Zodiaco numeras,

antequam lux aperiatur.

Ita Hercules philosophicus mundum,

qui materia est,

certo pervagatur circuitu,

donec videatur in Coelo Chemico.

Sic BASILIUS:

Sex loca Rex noster in Coelo peragrat

& in septimo Se dem figit.

Contemplare Saturnum, habes sedem,

Tandem novo circuitu circumactum,

Solem & diem exsplendentem intueris?

Arrige aures Chryophile,

habebis aurum,

Dum

a) Ex mente  
Theophrasti  
est balsamus  
rerum, in quo  
constitit o-  
mnis sanatio  
& sustentatus  
corpus.

Dum annum & diem audis,  
cam anni partem attende,  
quae Ver dicitur.

Vulgo illud, ut est anni principium  
ita principis terrae ubertatis indicium,  
felicitatis eventurae exordium,  
praesagium felix autumnitatis,  
laboris & operae initium.  
post tristem hyemis noctem.

Concedam tantisper  
mundum vere inchoatum, perfectum autumno,  
ut autumant nonnulli.

Mundus Chemicus incipit vere  
finitur autumno.

Quot circulationes, sublimationes, triturationes,  
digestiones non opus,  
donec perficiatur opus,  
& eveniat revivificatio, calcinatio & coniunctio?  
donec autumnalis nascatur ubertas.

Superiora fieri debent inferiora.  
vagatur aliquid

quod ventus in utero portat,  
cui Sol pater & Luna mater.

est aqua sicca manus non madefaciens.

Oedipo magis hic opus,  
ut aenigmata hermetica eiusmodi solvat,

quam Hercule

qui non clavam sed clavem addat.

Feracissima hic Chemicorum coniectatio,  
at in operis exitu ut plurimum sterilis.  
quaerunt fundum aenigmatis in Antimonio,  
triumphant tamen saepius ante victoriam

& antequam Rex appetet  
in curru triumphali.

Tantopere movent lapidem  
ut lapidem offendant philosophorum  
tam multis positum offendioni.

Huius nativitas vere incipi fertur  
absolvi autumno.

Festi paganorum dies fere omnes ab igne incipiebant,  
sine igne illum generari  
novum monstrum est.

LATO-

*EPM*

LATONAM Ovidii hic vides  
aram in medio lacu lapideam.  
Jurarent Iovem lapidem Argyrophili,  
Symbolum esse  
latentis lapidis & ignis fixi in medio confusi.  
Ita horrorem aestus ver indicat  
in Coelo Chemicō,  
ut luminis laeti splendor,  
Sol philosophorum circumfulgeat.  
Felix opera, quae tantis rependit opibus,  
neminem verni poenitebit laboris,  
quem tantum non pigebit expectare autumnum.

a) Theophr.  
sto mundum  
figurificat uni-  
versum.

b) Puumus min-  
eralium est de  
vitiosum ele-  
mentorum.

At videor fere  
ex vere Chemicō in limbum (a ingredi  
ubi magisterio & Azot Theophrasti opus,  
ne b] realgar elementorum sentiam.

Tuum iam erit,  
Sponsa aestumatissime,  
qui artis huius peritior es,  
intrare in Museum Hermeticum,  
ubi incipis Ver Chemicum,  
Laboris socia tua erit CATHARINA,  
omni nitore & elegancia virtutum  
vernans.

Prodit ex mente philosophorum  
& contrariis conciliatis  
Lapis ille laudabilis,  
qui est  
Pax, unio, generatio, vita.

Vnde opto,  
ut svavi vestra laborandi societate  
sociatos habeatis illos effectus,  
qui animum satiant,  
continuumque amorem efficiunt,  
qui nec mas nec femina,  
sed OMNIA.

Zaboretis laborem Sophae (c  
ut prodeat cum tempore a vobis  
divino auspicio  
VER SACRVM.

c) Theophr.  
sto Suidium

os(○)so

4640